Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate || Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

§. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45802

Visual Library

ſcilicet copioſiſſimam gratiarum ac donorum cœleſtium: quod etiam D-
uid aſſeruit, dicens: d *orietur in diebus eius Iuſtitia, & abundantia pacis: donec au-*
d Pſa. 71. 7. *feratur luna*, eiusque mutabilitas ceſſet. Cùm igitur iam exploratum ſit ...
Saluatoris aduentum fuiſſe in mundo Iuſtitiam, & Pacem: cùm dicitur ...
diebus eius Iuſtitiam orituram, ſignificat abundantiam & excellen-
Sanctitatis ac Pacis, quæ ex prædicatione Euangelij erat futura: vt app-
in Eccleſia primæua in omnibus Chriſtianis. Quæ ſi duratura eſt, donec
feratur luna, hoc eſt, quamdiu hic mundus perdurauerit: ſplendebit ...
lentia hæc & abundantia in Religionibus, quas ipſe Dominus ſenſim ...
dat, vt in eis conſeruetur *Sanctitatis, Pacis, & Gaudij* dignitas & ampl-
quam ipſe induxit in mundum.

§. I.

INITIVM igitur facientes à *Iuſtitia* & *Sanctitate*, quam præcipuè quæru-
quiad Religionem vocantur; & quæ verè prima eſt ac præcipua pars ...
ius Regni Dei: (quamuis omnes Tractatus qui ſequentur, ad eam ...
gentur) breuiter nunc dicemus, eam conſiſtere in tribus inſignibus ac p-
a Pſal. 33. claris rebus, quas breuiter inſinuauit Pſalmiſta dicens: a *diuerte à malo, &* ...
bonum: inquire pacē & perſequere eam. Et S. Apoſtolus, cùm dixit: b *finem p-*
b 1. Timoth. 1. 5. *cepti eſſe charitatem, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*. Prima ...
tur res, in qua *Sanctitas* & *Iuſtitia* conſiſtit, eſt cordis puritas & munditia ...
vt nullam habeat maculam grauioris aut leuioris culpæ, ſcienter ſaltem ...
aduertenter ſiue conſultò admiſſę. *Secunda* eſt conſcientiæ *bonitas*, cum ...
tutum omnium ornamento, & bonorum operum, quæ ab eis emanant. T-
tia eſt, *firmitas*, & *conſtantia* in duabus rebus prioribus, ita vt non deficiam...
c 2. 2. q. 81. a. 8 delitati, quam Deo debemus, ſed in eius obſequio ad finem vſque pers-
remus: & tūc, vt ait S. Thomas, propriè vocatur ſanctitas: quæ eò erit ...
mior, quò tres prædictas qualitates habuerit excellentiùs, quæ in Religi-
vita plurimùm ſplendent. Tria enim vota tendunt, vt ſupra eſt dictum, ...
euellendas radicitùs peccandi occaſiones, & ſeſe addicendi continuato ...
tutum Exercitio, quibus Dei honorem magis promoueāt: in qua re maxi-
conantur conſtantiam adhibere, quæ poſſit eſſe in hac vita, idque per ob-
c 1. Pet. 1. 16 gationem, quam ſecura adferunt vota; quæ perpetua eſt, & vſque ad mort-
Leuit. 11. irreuocabilis. Sic enim Religioſi ſimiles fiunt ipſi Domino dicenti; c *Sa-*
4 & c. 9. 2. *eritis, quoniam ego ſanctus ſum*; & quemadmodum d *Seraphini clamaban-*
d Iſai. 6. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ob infinitam excellentiam quam in omnibus tribus
prædictis gradibus Sanctitatis habet: ita Religioſi per tria vota edita eleuan-
tur, vt ter ſint Sancti, imitantes ipſum Dominum in eiſdem gradibus San-
ctitatis, in ea excellentia & abundantia virtutum, quam Euangelica perfe-
ctio commendat. in quibus locum habet illud Iſaiæ, quod etiam Apoſtolus
e Iſa. 10, 22. allegat: e *conſummatio abbreuiata inundabit Iuſtitiam: conſummationem enim* ...

abbreuiationem ſiue verbum breuiatũ Dominus Deus Exercituum faciet in medio omnis terræ; quia ſcilicet verbũ Dei, quod eſt vnigenitus eius filius, ſeſe abbreuiaret, & conſtringeret induens carnem humanam; & in ea prædicaret legẽ ac doctrinam Euangelij abbreuiatam, & aſtrictam ad decem præcepta & cõſilia perfectæ charitatis: quæ quaſi quoddam mare ad flumen exundans, ingens adferret diluuium Iuſtitiæ & Sanctitatis; & inundationes copioſiſſimas Caſtitatis, Paupertatis, Humilitatis, Patientiæ, ac Virtutum omnium in gradu valde excellenti & heroico. Omnes enim exundant in Religione, nõ contentæ actionibus præceptorum; ſed addentes eas, quæ ſunt de conſilio, cum fame, & ſiti adeò inſatiabili: vt nunquam ſibi ſatis eſſe exiſtiment; ſed nouas rationes & inuentiones quærant, ad eas perfectiùs exequendas. Et quemadmodum Oſeę dixit, quod priùs g *non eſſet veritas, nec miſericordia, nec ſcientia Dei in terra; ſed maledictum & mendacium, & homicidium & furtum inundauerant, & ſanguis ſanguinem tetigerat*. Ita nunc dicere licet: Deum habere in medio terræ paradiſum Religionis, quæ illo diluuio non ſubmergitur; ſed potiùs in ea floret veritas, regnat miſericordia; & vt Iſaias dixit: h *ſcientia Domini repleta eſt terra, ſicut aquæ maris operientes*: à cuius ordinario flumine tanto feruore virtutes fluunt, vt vnus meritorum & ſanctorum operum fluctus, alterum aſſequatur; vt locum habeat, quod S. Ioannes dixit, i *qui iuſtus eſt, iuſtificetur: & Sanctus ſanctificetur adhuc*: Tot ſunt autem, qui huic ſanctæ Religione ſtudeant, vt Iſaias Proheta de Eccleſia ipſa dixerit: k *inundatio Camelorum operiet te*. Qui autem ſunt hi Cameli, (ait Sanctus Hieronymus) niſi qui ſe ipſos rebus omnibus exuerunt, vt per anguſtum acûs foramen, quod eſt arcta perfectionis Euangelicæ porta, pertranſirent; imitantes Dominum, qui hoc nomine, vt diximus, l *Camelo* ſe comparauit? Hi ſunt cameli ſpirituales, qui magna cum obedientia & ſubiectione permittunt ſe onerari, quantum viribus ſuis ferre poſſunt; vt ſuo Creatori cum omni perfectione deſeruiant. Suntque in Eccleſia tot huiuſmodi ſpirituales Cameli, ob Religionum multitudinem, vt quaſi aquæ diluuium eam vndique operiant; nec poterit iam dicere Propheta Micheas, m *quod perierit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non ſit; & qui optimus in eis, eſt quaſi Paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe*, aut arbor ſpinis plena: in ſacro enim hoc ſtatu multi conantur Sancti eſſe cum excellentia, & conſtantia in Sanctitate; & eſſe arbores floridæ, & fructuoſæ abundantes floribus bonorum deſideriorum; & fructibus bonorum operum. Quod ſi quæ ſpinæ erumpant, dant operam, vt falce mortificationis eas abſcindant, ac diuini amoris igne comburant. Ceſſent igitur, O Propheta ſancte, querelæ tuæ; nec ampliùs dicas *væ mihi, quia factus ſum ſicut, qui colligit in Autumno racemos vindemiæ: non eſt botrus ad comedendum*: nam in hac Religionis vinea non vnũ

f Rom. 9. 27.
g Oſee. 4. 1.
h Iſaiæ. 11. 9.
i Apo. 22. 11.
k Iſaiæ 60. 6.
Ibidem.
l Mat. 19. 24. cap. 9.
m Micheæ. 7. 2.

tantum,ſed plurimos inuenies botros,eoſq; dulciſſimos,& fragantes;ſi-
n Cāt.1.14 les botro illi n *Cypri ex vineis Engaddi* collecto,qui eſt dilectus Eccleſiæ Spõ-
ſus Chriſtus Ieſus, cuius vitam magna cum perfectione imitantur. Quòd
ſi *præcoquas ficus deſiderat anima tua* ; hic plurimas inuenies , eaſque lauti-
mas,quæ in ætate teneravirtutem habent maturam,& ſanctitatem perfe-
Et tu quoq; Sancte Propheta Iſaia,qui eundẽ habebas ſenſum conuerte
planctum in gaudium : nam in medio mundani populi habet Deus aliū v-
o Iſa.59.3. de ſelectum,cuius o *manus non ſunt pollutæ ſanguine*,ſed Myrrha Mortifica-
nis;*cuius labia non loquuntur mendacium*;ſed veritatem; cuius cor non conci-
dolorem,& parit iniuſtitiam:ſed concipit timorem Dei, & parit ſpiritu-
lutis;*non rumpunt oua aſpidum*,vt erumpat *Regulus*:ſed potiùs ea concalca
ne cuiquam noceant;nõ *texunt telas aranearũ*,vt capiãt paruulos; ſed ſe
euiſcerant,vt eos foueant;non *repellunt veritatem*, neq; occultant Iuſtitiã
ſed eam potiùs promulgant ac prædicant. Quicunque eorum à peccato a-
ſtinet, non deprædationis periculo eſt expoſitus, ſed honori acquiren-
diſpoſitus; non odio & vexatione , ſed amore & benedictione aliorum di-
num ſe facit: quia nihil plus inter ipſos amatur , quàm virtus ; nec in ma-
honore habetur, quàm puritas; nec magis laudatur,quàm Sanctitas.

§. II.

a Philip.4.7. EX HIS Iuſtitiæ , & Sanctitatis inundationibus fluunt etiam inundatio-
nes a*pacis,quæ exſuperat omnem ſenſum*,& in hoc felici ſtatu ſplendet e-
b Iſai.32.7. minet.nam,vt Iſaias dixit: b *erit opus Iuſtitiæ pax, & cultus Iuſtitiæ ſilentium &*
ſecuritas vſque in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pa-
& in tabernaculis fiduciæ , & in requie opulenta. Quæ promiſsio, etſi o-
Chriſtiano populo ſit facta ; congregatio tamen Religioſorum præ aliis o-
mnibus eius fit particeps , vt quæ Iuſtitiæ perfectionem ſectatur: ex qu-
ritur vt perfecta cum Deo ſuo pace fruatur, ponens in eo totam ſuam fi-
ciam;magnam etiam pacem ſecum habent,indicentes ſilentium agmini fe-
rum paſsionum;& ſimul cum proximis ſuis, coniungentes ſe illis in vnio-
c Iob.5.23. ne charitatis.Hic illud impletur,quod eſt apud Iob c *cum lapidibus Regionum*
Lib 6. Moral.cap.16. *erit pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi; & ſcies quod pacem habeat ta-*
bernaculum tuum. Qui ſunt (ait S. Gregorius) Regionum lapides : niſi Apo-
ſtolici, & perfecti viri, qui in Religionibus degunt? qui ſunt quaſi diuerſæ
Regiones & nationes Eccleſiæ. cum his viuis & electis lapidibus pactum
& fœdus init, qui ex Dei inſpiratione ſtatuit, eius profeſsionem ſequi. Ex
quo prouenit,quod *beſtiæ terræ* , paſsiones ſcilicet beſtiales & carnales to-
tam cum eo pacem ſeruent , vt licèt latrent & rugiant ; non tamen mor-